

sanctae Agathensis ¹ episcopus, Roffredus abbas Casinensis, Otto Bocmorum dux, Conradus dux de Rotenburc, Conradus dux Spoleti, Henricus marchio de Romesberch, Rabodo comes de Ortenberc, Henricus comes de Hoenburc, Albertus comes de Bogen, Gunterus comes de Keverenburc, Gerardus comes de Tullesten, Robbertus de Durne, Henricus Testa marescalcus et alii quam plures.

Signum domini Henrici sexti Romanorum imperatoris invictissimi. (L. M.) ²

Ego Ditherus imperialis aule cancellarius vice Philippi Coloniensis archiepiscopi et totius Ytalie archicancellarii recognovi.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis MCXCI, indictione VIII, regnante domino Heinricho sexto Romanorum imperatore gloriosissimo anno regni eius XXII, imperii vero I^o.

Datum iuxta Neapolim per manum Henrici prothonotarii III. Nonas Junii.

1) Diese Form scheint in jener Zeit nicht ungebräuchlich. 2) Das Monogramm ist sorgfältig und richtig nachgebildet.
